



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

XII. De primitiis operum eius tansito fluuio, qui limes est Pomeranorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

fulabundus huc illucque deambulabat, conuersusque ad milites; qualem, ait, Patrem dedit nobis Deus, & qualia Patris dona, & hæc nunc quidem magis quam alio tempore gratiosa. Hinc ad castra discessum est: factoque mane, Dux de viris, qui secum venerant, duces & ministros reliquit Episcopo, mandans in tota Pomerania, per cuncta loca possessionis suæ, liberalia ei præberi hospitia.

*Quam gratia
Duci accide-
runt.*

*Ductores af-
signat.*

Nos verò transito fluuio terram Pomeranorum in nomine Domini intrauimus, & conductoribus nostris viam demonstrantibus, iter ad Castrum * Pirißam direximus. Dux * Pirißam verò à nobis ad sua negotia diuellitur.

*De primitiis Operum eius transito fluuio,
qui est limes Pomeranorum.*

CAPVT XII.

IN ipso autem itinere viculos paucos bellica primum vastatione dirutos ac raros incolas, qui nuper se post dispersionem recollerant, inuenimus: qui, de fide Christiana conuenti, & an credere vellent, interrogati, humiliter pedibus aduoluntur Episcopi; catechizari se atque baptizari postulantes. Hos ergò, quasi primitias messis Dominicæ in aream Domini sui messor deuotus cum gratiarum actione componens, baptizauit illic homines triginta, fidemque sanctæ Trinitatis & decalogum legis in numero tacite considerans, opus

*Sefridus.
Raritas incolaru. n post cladem bellicam.*

Primitia Christianismi.

Euangelij mysticè à se inchoatum gauisus est.



h Quo-